REGVLAE

TRES S.D.N.D. IVLII DI-
uina prouidentia Papæ. III. Prima Vi-
delicet Reuocatoria facultatum man-
datorum & indultorū quibuſuis
conceſſorum & alia mo-
deratoria Indulto-
rum S. R. E.
Cardinaliū quoad beneficia ad inferiorum
collatorum collationem exiſtentia
Necnō reliqua reuocatio facultа-
tum conceſſarum quibuſuis
quoad beneficia reſerua-
ta ſeu affecta.



Digitized by Google

SAnctiſſimus in Chriſto pater
& Dominus Noſter D. Iulius
diuina prouidentia. PP. III.
Cupiẽs almam Vrbem ex qua
reliqua Chriſtianitas probos
mores edoceri cõſueuit & ſuam Roman. cu
riam (dante domino) in melius reformare.
Et ad hoc intendens inter alia gratias pre-
uentiuas a iure diſcrepautes que votum præ
ſtant captãdæ mortis de medio tollere. Om
nes et ſingulas citra acceſſus & regreſſus ac
de conſenſu coadiutorias ad vacatura bene
ficia gratias earumq; collationum mutatio-
nes extenſiones & reualidationes etiã ſi qui
per eas in Canonicos vel portionarios ſeu
alias beneficiatos ſub expectatione preben-
de vel portionis aut alterius beneficii eccle
ſiaſtici creati vel recepti fuerint ac preterq̃
ſuper quibus per Cancellariam Apoſtolicã
littere in forma ſolita expediri conſueuerũt
ſpeciales reſeruationes necnon nominatio-
nes & nominãdi ſeu nominatis conferendi
facultates ac quecumq; mandata de proui-
dendo ſeu commẽdando aut alias diſponen
do non tamen. In forma Capituli mandatũ
in francia quibuſuis Collegiis & perſonis

cuiuſcumq̧ ſtatus gradus ordinis vel condi
tionis exiſtât & quauis eccleſiaſtica ſeu mun
dana Dignitate preſulgeant Sanctæ Roma
næ Eccleſiæ Cardinalibus quibus pro com•
modiori eorũ ſtatus iuxta Cardinalatus ſu•
blimitatem ſuſtentatione ſimiles gratiæ re-
ſeruationes nominationes facultates & mã•
data conceſſa fuerint dumtaxat exceptis per
Sanctitatem Suam & aliam cõſtitutionem
ſuam ſub die. XXV. menſis Februarii in Cã
cellaria Apoſtolica publicatam Innouãdo
quoſcunq̧ eius predeceſſores ac ſedis Apo•
ſtolicæ Legatos etiam de conſenſu ordina•
riorum collatorum ſub quibuſcunq̧ tenori•
bus & formis etiam motu proprio & ex cer•
ta ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis ple•
nitudine etiam Imperatoris Regũ Ducum
aut aliorum Principum conſideratione &
quibuſuis etiam vrgentisſimis cauſis ac cum
quibuſuis declarationibus & mẽtis Sancti•
tatis ſue atteſtationibus & a reuocationi•
bus preſeruatiuis aliisq̧ efficatioribus & in•
ſolitis clauſulis necnon irritantibus et quod
illa ex tunc vere & non ficte effectum ſorti•
ta eſſent ac plenum ius in re acquiſitum eſſe
cenſeretur eaq̧ non niſi ſu[illegible] certis in eis ex•

A ii

preſſis modo & forma ac de cõſenſu eorum quibus conceſſa forēt aut etiam nullatenus reuocari poſſent & quotiens reuocarentur totiens de nouo ſub Dat. per eos eligenda conceſſa & innouata eſſent & eſſe cenſerentur & ſic per quoſcumq; iudicari deberet aliiſq; efficatioribus etiam vim contractus inducētibus decretis & alias quomodolibet etiam conſiſtorialiter hactenus conceſſa approbata & innouata, quorum omnium tenores & formas ac decreta ĩ illis appoſita Sanctitas ſua per expreſſis haberi voluit quoad ea in quibus vere & realiter ac alias q̃ ex decreto in eis appoſito non ſunt effectum ſortita reuocauit ac irritum &c. decreuit.

Item cum eccleſiaſticus ordo confundatur niſi vnicuiq; ius ſuum conſeruetur Omnia & ſingula facultates & indulta eiſdem Cardinalibus quod beneficia Eccleſiaſtica in certis Ciuitatibus & dioc. ſeu aliis locis in quibus ipſi non ſunt nec vnq̃ fuerunt veri ordinarii collatores conſiſtentia ſeu vbi ipſi ordinarii collatores exiſtūt ad aliorum inferioru n collationem & prouiſionem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem de iure vel cõſuetudine aut alias quomodolibet ſpectātia

conferre & de illis prouidere ac alias diſpo nere poſſint etiam perinde ac ſi veri inibi ordinarii collatores exiſtant & quod diſpo ſitiones de eiſdem beneficiis abſq; Cardina lium & aliarum perſonarum huiuſmodi cõ ſenſu etiam per Sanctitatem ſuam & dictam ſedem pro tempore facte nullius ſint robo ris vel momenti per Sanctitatem ſuam & predeceſſores predictos etiam de ordinario rum collatorum conſenſu ſeu eccleſiis aut monaſteriis uel aliis beneficiis de quorum collatione beneficia ipſa exiſtunt vacanti bus ſub qbuſcumq; tenoribus & formis etiã motu ſcientia & poteſtatis plenitudine ac conſideratione & ex cauſis necnõ cum clau ſulis & decretis prædictis & alias quomodo libet etiam conſiſtorialiter hactenus cõceſ ſa approbata & innouata eorum omniũ te nores formas & decreta pro inſertis habens quoad ea in quibus effectum ſortita nõ ſunt ſpecialiter & expreſſe reuocauit Decernẽs irritum &c. Stauto ordinatione decreto & declaratione ſuis in Craſtinũ ſue aſſumptio nis editis quibus voluit Cardinales in con ſtitutionibus per eam impoſterum edendis & publicandis nõ compreheudi niſi ille eo

rum fauorem concernerent aut de ipſorum Cardinalium vel maioris partis eorum conſilio edite forent nequaq̄ obſtantibus.

Item reuocauit caſſauit annullauit Quecumq; facultates & indulta q̄buſuis Patriarchis Archiepiſcopis & Epiſcopis ac aliis p̄latis & perſonis etiam locorum ordinariis aut ordinariam collationē ſeu aliam diſpoſitionem beneficiorum eccleſiaſticorū de iure vel conſuetudine aut alias quomodolibet habentibus nō tamen ipſius Roman. eccleſie Cardinalibus q̄ diu vixerint ſeu ad aliud tempus diſponēdi de beneficiis Eccleſiaſticis ſecularibus & regularibus ad eorū collationem ſeu quamuis aliā diſpoſitionē pertinentibus etiam ſi diſpoſitioni Apoſtolice generaliter reſeruata ſeu ex generali reſeruatione Apoſtolica affecta forent in aliis q̄ alternatis mēſibus ac etiam quoad beneficia eidem diſpoſitioni generaliter reſeruata ſeu affecta dumtaxat in eiſdem alternatis menſibus ab ipſis Sanctitate ſua & ſede aut legatis etiam ſimilibus motu ſcientia & plenitudine ac conſideratione necnō ex cauſis & cum declarationibus & atteſtationibus ac clauſulis & decretis predictis & alias quo

modolibet etiam conſiſtorialiter hactenus conceſſa & etiam iteratis vicibus approbata & innouata eorum omnium tenores formas & decreta ſimiliter pro expreſſis habẽs quo ad ea ſolum in quibus effectum vt prefertur ſortita non ſunt ac decreuit Irritum &c.

Placet publicentur & deſcribantur. I.

Lectæ & publicatæ fuerunt ſupraſcriptæ Regulæ conſtitutiones & ordinationes Romæ in Cancellaria Apoſtolica anno Incarnationis Dominice milleſimo quingenteſimo quinquageſimo die vero. XXX. menſis Decem. Ponti. prælibati S. D. N. D. Iulii diuina prouidẽtia Papæ. III. Anno primo.

Ant. Lomellinus Cuſtos.

Digitized by Google